

etiam sidera creata sunt, concurrentibus 7, Pascha vero 8. Kal. Apr. luna 18., atque inde usque in annum 253. ante incarnationem ¹⁾ iuxta Dionisium, qui est annus nativitatis secundum Ebreos, annos 3952 supputari. Annum quoque incarnationis iuxta Dionisium ^{a)} 2. annum magni cicli paschalis constituisse ^{b)} 4. indictione. Nonne evidenter et satis breviter exponit tacite, caput mundi indictione 15. fuisse, et inde usque ad ciclum incarnationis iuxta Dionisium 4203 annos ²⁾ numerari? Ergo Bedam dente canino, non nos, increpat, qui hec culpae sollicitat. Ab Adam ergo ad ciclum incarnationis secundum Dionisium sunt 8 cicli magni nimirum minus 53 annis, qui deerant ante Adam de primo predictorum 8. paschali circulo. 1. ergo magnus ciclus, in cuius anno 54. conditus est Adam, indictione 15. sicut antea notatum est; in initium haberet, indictione incepisset ^{c)} 7.; 2. magnus ciclus indictione incipit 14.; 3. ciclus indictione 6.; 4. ciclus indictione 13.; 5. 5.; 6. 12.; 7. magnus ciclus indictione 4.; 8. indictione 11.; 9. magnus, qui ciclus incarnationis est secundum Dionisium ^{d)}, indictione incipit 3.; in cuius 2. anno iuxta Dionisium ^{e)} natus est Dominus indictione 4., que incipiebat 8. die Kal. Oct. ³⁾. Ibi enim indictiones incipiunt et finiuntur. 10. magnus ciclus, qui est Dionisii, indictione 10.; 11. magnus ciclus, in cuius anno 13. ⁴⁾ sumus, modo indictione 14. ^{f)}, 2. indictione incepit.

Caput autem mundi aliter esse non potest nisi in anno 16. decennovennalis cicli concurrentibus ^{g)} 7 et termino ^{h)} paschali ⁱ⁾ 12. Kal. Apr. habens ^{j)} indictione 15., quod 4 vicibus excepta indictione in omni magno ciclo ^{k)} paschali continetur. Primi quidem magni cicli in anno 54. ⁵⁾, quo conditus erat Adam vel mundus, indictione 15. Beda attestante ^{l)}, et in anno 149. eiusdem magni cicli indictione 5., qui est annus 96. conditionis seculi ⁶⁾; in anno item 396. cicli eiusdem indictione 12., qui est annus 343. conditionis seculi; in anno quoque 491. predicti cicli, qui ^{m)} est indictione 2. et ⁿ⁾ qui ^{o)} est annus 438. con-

a) Dionissium V. b) constetisse V. c) incepisset V. d) Dionissium V.
e) Dionissium V. f) 10 V.; 14 *korrigiert aus* 10 L. g) concurrentes V.
h) terminum V. i) paschalem V. j) *fehlt* L. k) cicli L. l) attestante V. m) *folgt* qui L. n) *fehlt* V. o) *fehlt* L.

¹⁾ Vgl. *oben* S. 203.

²⁾ $4204 - 4 : 15 = 280$, *Indiktion ist 15 (Rest 0)*.

³⁾ 24. IX., vgl. Beda DTR 48, ed. Jones S. 268.

⁴⁾ 1076.

⁵⁾ Vgl. *Ostertafeln*, Migne, PL. 90.

⁶⁾ *Marian hat hier eine 5. Möglichkeit, das Jahr 206, das die Indiktion 2 hat, übersehen.*